



zu Oder

O.i.840(1-101).



THESES  
DE IN I V S  
VOCANDO.

QVAS DIVINA ASPIRANTE GRATIA,  
PRAESIDE CLARISS. CONSULTISSIMO QVE VI-  
ro D. Ioanne Michaële Cronenburgero, LL. Licent. Di-  
ctatore in florentissimæ Agripp. Academiæ iuridi-  
co Collegio. 3. Ian. Anno 1591.  
veteri de consuetudine  
defendet.

TIMANNVS PLASS.  
BERCK.



COLONIAE AGRIPPINÆ D  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

THESSALIA  
DILEXIVI  
ACCORDO.

DE DIVINA ARISTOTELIS ORATIA  
IN ELEUSINIANIS ET IN EGYPTIENSIS  
CEREMONIIS ET RITUIS  
CONCERNENTIBVS  
AD MUNDI CREATI<sup>ON</sup>E  
ET HABITACULUM  
HOMINIS.

REX  
MAMERTINVS

CODICIMVS AGRICULTORVM

# CONTINVATIO

**Q**uandoquidem præcedenti disputatione iurisdictionis materia satis super q̄ discussa est; idcirco nos cum Iuriscons. ad tractatum iudiciorum appropinquando, de in ius vocando, seu, (ut nunc loquimur) de citatione, (a) quæ omnium actionum instituendarum est principium, (b) non inconuenienti ordine subiunximus.

(a) gl. in rub. ff. h. t. Bart. in rub. ff. ne quis eum qui in ius voc. Maran. par. 6. de citatione. nu. 1. (b) §. fin. Institut. de pœ. tem. litig. Specul. de citat. in prin.

## THESES I.

**I**N IVS VOCARE nihil aliud est quam iuris experiundi, disceptandi, non alterius causa vocare, ad eum qui ius dicturus est.

Ita sere definit. IC. Paulus in l. 1. h. tit. 1. ex quacunq; 2. si quis in ius voc. perfecte VVesenb. in parat. nu. 1. ff. h. tit.

### II.

Possunt autem omnes omni modo in ius vocari, quoru interest, quoru m̄ue causa agitur, (a) nisi vel lege, (b) vel edicto speciatim eximantur. (c)

(a) l. de vno quoque. 47. de re iudic. l. nam ita. 29. de adoptio. l. si quando. 15. & ibi Bal. C. de test. Mynsing. in obser. Cam. cent. 6. obser. 6. nu. 1. VVesenb. in parat. ff. nu. 13. & C. nu. 7. hoc tit. Io. Cepha. cons. 27. nu. 17. (b) per text. l. 2. & 3. h. tit. Zaf. in parat. nu. 1. ff. h. t. (c) tex. in l. quique litigandi. 4. §. prætor ait. pluribusque alijs hoc tit. l. venia editi. 2. C. h. t.

### III.

Lege omnino prohibentur: consules, præfecti, prætores, procōsules, & ceteri magistratus qui imperium habent, aut quempiam coercere possunt, & in carcere duci iubere, (a) Item iudices dum de re cognoscunt, ij qui apud Prætorem causam agunt, quiue equo publico in causa publica transuechuntur, (b) necnon omnes qui litigandi causa necesse habent in iure, vel certo loco sisti. (c)

(a) l. 2. in prin. hoc tit. l. sed et si. 16. §. haec clausula. ex quibus cau. ma. l. pars litterarum. 48. de iudic. l. si reus. 12. iudica. sol. (b) d. l. 2. & ibi DD. (c) l. quique litigandi. in prin. h. tit.

### IV.

Præterea lex in ius vocari non permittit: Pontificem dum sacra facit, neq; quenquam qui propter loci religionem inde se mouere non potest, neq; funis ducentem familiare, iustaue mortuo faciem obsequia, neq; eum qui vxorem dicit, aut eam que nubit. (a) Demum nec furiosum vel infantem, aliosue ratione imbecillis etatis, aut consilij imbecillioris prohibitos. (b) His addi possunt Doctores actu legentes, & Doctorandi dum in pompis Doctoralibus equis hinc inde ducuntur. (c)

(a) d. l. 2. & 3. h. t. arg. l. omnes. gl. C. de episc. & cler. authen. vt cum de appell. cog. §. minimus & seq. (b) d. l. 4. in prin. l. neque impuberes 22. h. tit. l. sed si. 23. de verb. oblig. l. momen-

momentaneæ.fin.C.qui legit.perf.stan.Schneid.in §.pœnales.num.33.Instit.de action.  
Mynsing.cent.2.obser.35.(c)Idem Schneid.d.lo.num.48.Zaf.in l.2.num.17.ff.h.t.

## V.

*Quia vero nulla pœna vocantibus in ius personas iam commemoratas à iure communis  
constituta est, hinc eos arbitrio iudicis, inspecta rerum & personarum qualitate, punien-  
dos esse existimamus.*

per gl.in l.fin.in verb.aureos.ff.h.t. arg.l.i. §.expilatores.de effract.& expilat.l. hodie  
13.ff.de pœl.Pedius.4.de incen.rui.nauf.Ias.in d. §.pœnales.nu.86.Bart.in l.vlt.pertot.ff.  
h.tit.Mœn.lib.2.de arb.Iud.cent.3.caf.276.nu.ii.cum seq.

## VI.

*Edicto generaliter eas personas, quibus reverentia præstanda (a) est, ut: parentes in  
infinitum, siue naturales & legitimi simul, (b) siue naturales tantum, (c) siue etiam ad-  
optiui sint, (d) (imò ipsum Adamum si viueret) (e) patronos, patronas, eorumq; paren-  
tes & liberos, (f) sine permisso Prætoris in ius vocare, prohibitum esse, extra omnem est  
controversiam. (g)*

(a) l.generaliter 13.h.t.(b) d.l.quique litigandi. §.prætor ait.h.t.(c) l.parentes.6.h.t.(d) l.  
adoptium.8.in prin.h.t.(e) Costal.in d.l.parentes gl.in §.pœnales.super verb. vel paren-  
tem.Instit.de actio.fac.tex.iuncta gl. in l.nuptiæ consistere 43.de ritu nupt. (f) d. §.præ-  
tor ait.l.si libertus.12.ff.&l.yenia.C.h.t.(g) l.sed si hac 10. §.prætor ait l.communis liber-  
tus.23.h.t.

## VII.

*Ad hoc edictum referri posse patrem lustricum, id est qui per sacra baptismi puerο iun-  
gitur, (a) sacerum vel socrum, (b) defensorem ciuitatis, (c) Rem publicam vel collegi-  
um, (d) altorem vel altricem, (e) propter mouentes rationes assuero. (f)*

(a) tex.sing.in l.si quis alumnam 26. §.fin.C.de nupt.c.ita diligere.30.q.3.Ias.in l.gene-  
raliter.in prin.ff.h.t.(b) gl.not.in iam d.l.generaliter.arg.l.rei iudicatæ.15. & seq.sol.ma-  
trimo.Mynsing.in d. §.pœnales.nu.37.(c) l.bene à Zenone 3.C.de quadr.præscript.vbi gl.  
in verb.iussione.Ang.in d.l.generaliter in prin.(d) l.sed si hac. §. qui manumittitur.vbi  
DD.ff.hoc tit.(e) per d.l.si quis alumnam.Alcia.in l.fin.nu.15.C.h.t.Zaf.in l.4. §. prætor  
ait.nu.18.ff.h.t.(f) rationes.in dd.tex.& à DD.exprimuntur.

## VIII.

*Hinc ardua & crebris DD. ventilationibus agitata promanat questio: An vasallus, lais-  
cus, vxor, priuignus vel priuigna, scholaris vel discipulus, sine venia dominum directum,  
sacerdotem parochum, maritum, nouercam vel vitricum, Doctorem vel preceptorem suū  
in ius vocare posse? Et quamvis post longam illorum altercationem negatiua sententia à  
non paucis sit amplexa, (a) ego tamen affirmatiua, (modo recensiti verbis vtantur ho-  
nestis) ducibus nonnullis eminentiſ. Iuris consultis defendendam suscipio. (b)*

(a) VVesenb.in parat.nu.6.ff.h.t.Spec.in §.quoniam.nu.33.de feu.Ias.in d.l.generaliter.  
nu.4.& ibid. Zaf.nu.7.ff.h.tit. Meno. lib.2.de arbit.iud.cent.5.caf. vlt. (b) Mynsing.  
cent.4.obser.91.Schneid.in saeped. §.pœnales.nu. 45.47,& 49. Alcia.in l.1.nu.13.ii.9.8.&  
7.C.h.tit.Bart.in l.si libertus.12.ff.h.t.

Porro

15

## IX.

*Porro contra vocantes in ius non obtenta venia, licet sine dolo, (a) personas edicto prohibitas, actio datur præatoria, (b) pœnalis in factum ad pœnam so. aureorum, (c) parti vocatae applicandam, (d) quam si delinquens non potest soluere, subsidiarium tergū præbeat. (e) Hæc tamen actio nec hæredi, nec in hæredem, nec ultra annum competit. (f)*

(a) l.2. vbi eleg. Alcia. nu. 33. C.h.t. (b) d.l. quiq; litigandi. & l. generaliter 13. h.t. §. pœnales. Inst. de action. (c) l. si libertus. 12. l. pen. & vlt. h.t. §. fin. Inst. de pœn. tem. litig. (d) Alex. de Imo. in l. eum quem. ff. h.t. (e) tex. & gl. in d.l. fin. h.t. Zaf. in d. §. pœnales. num. 25. (f) tex. & Bart. in l. penult. ff. h.t.

## X.

*Vnde hic queritur: An vocans si actionis institutæ pœnitentia ducatur, actionemq; remittat, aut si pater vel patronus vocatus non comparuerit, aut si non inuitus vocatus sit, ab hac pœna liberetur? Quod et si verba edicti non patientur, attamen ratio suadet, ut eadem hic ἐπιεικεῖα vt amur, qua in ceteris, (a) etiam atrocioribus, (b) & ex benigna La-  
beonis sententia iurisdictionem moderemur. (c)*

(a) l. 1. §. 1. quod quisq; iu. l. Papinianus. 8. §. meminisse. de inoff. testam. (b) l. qui falsam. 19. ad l. Cornel. de fal. (c) text. in l. quamuis vbi Bart. h.t. VVesenb. in parat. nu. 8. ff. h.t.

## XL.

*Prædictis adiungere libet, quod si quis legitime in ius vocatus, sine iusta excusationis causa, vbi actoris interest, non comparuerit, eum à iudice, qui suam iurisdictionem pœnali iudicio defendit, mulctari posse.*

d.l. ex quo cunque vbi Bart. & DD. ff. si quis in ius voca. Zaf. in parat. num. 6. ff. cod. tit. Frid. Schenck in progymnas. fo. tit. de in ius voc.

## XII.

*Nunc tandem ad usitatus Citationis vocabulum accedo. Definitur autem CITATIO quod sit actus iudicialis, seu iudicij preparatorius, (a) quo is quem coram sisti, (b) opus est, mandato iudicis legitime vocatur, (c) iuris experiundi causa. (d)*

(a) tex. in sæped. §. fin. Inst. de pœn. tem. litig. c. quoniā. vers. citationes, de probat. (b) d. l. de uno quoque. 47. de re iudi. (c) l. neminem vlt. C. de exh. re. (d) l. 1. ff. & l. vlt. C. hoc tit. VVesenb. in parat. num. 13. ff. & nu. 1. C. h. t.

## XIII.

*In omni porro citatione tria extrema seu partes requiruntur, (a) Commisso iudicis de citando, (b) commissio seu citationis executio, (c) & eiusdem executionis relatio, (d) quæ nisi ex actis appareat, nihil valet citatio. (e) Et propterea si iudex ad ulteriora progressus, postea recipit relationem nuntij, processum inualidum, nec per eam conualescere, pronuntio. (f)*

(a) Maran. in Spec. au. par. 6. de citat. num. 15. Myns. cent. 1. obs. 77. & cent. 6. obser. 10. (b) l. sed si. 10. §. prætor ait. h.t. Bart. & Bal. in d.l. neminem, C. de exh. re. (c) Felin. in c. gratū, nu. 5. in fi. de off. deleg. (d) Sehurff. cons. 38. nu. 3. (e) Spec. in §. sequitur, nu. mihi 10. de citat. Saly. in l. fi. C. de ser. (f) Sebast. Vant. de nullit. sen. ex def. citat. n. 146. Maran. præal. lo. n. 56.

## XIV.

*Hodie tamen in causis ciuilibus directo sine commissione iudicis, citationem nuntij iu-  
rati*

rati valere, multis in locis consuetudine receptum, (a) iure tamen communī contrarium approbatam inuenio. (b)

(a) Paul.de Cast.in l.sed et si 10.5. Prætor ait.nu.2. ff. hoc tit. Bald.in l. si quando, nu.12. C.de test. Maran.vbi sup.nu.52 Ias.in §. quadrupli.nu.17. Inslit. de action. (b) tex.in l. neminem fin. C.de exhi.re. vbi & Bart.nu.1. Felin.late in c.1.nu.12. & seq. de iudi. Gaill obs. 54.nu.1. & seq.

### X V.

Cuius occasione dubitatur: An nuntio publico afferenti se iussu iudicis aliquem citasse sit adhibenda fides? Ego sane opinionem negantum, vt pote iuri & rationibus magis consonam, amplector.

Mynsing.obsr.10.nu.5.cent.6. Mascar.de probat.vol.1.conclu.294.n.2. Heft. Aemyl. in tract.de test.sublit.B.rub.testis Berroa.nu.21. Vant.de null.sent.ex def.citat.nu.41.cum seq.ybi in utraq; partem disput.& hanc dicit esse veriorem.

### X VI.

Species citationis à varijs variae ponuntur. Nobis cum VVesenbecio (a) placet eam secundum 4.caesarum genera diuidere: Primum à caus. efficiente, in Ciuilem & Prætoriam, (b) Legis & hominis, (c) A materia in vniuersal. (d) general. ad totam causam, (e) & specialem seu particula.ad singulos causæ, (f) actus. A forma in Legitimā seu ordinari. & Anomalam seu extraordinari. (g) Item real.seu personal. & verbalem. (h) A fine & eff.in conuentionalem monitor. & peremptoriam.

(a) VVesenb.in parat.nu.4.C.h.t.(b) l.2 & 4. ff. h.t.(c)c, saepē 44.ext.de appellat. (d) authen.si omnes.C.si ma. se hæred. (e) c.cum dilecti 6.de dol & contum. (f) saeped.l.de vno quoque. (g) Fel.in d.c.gratum.nu.5.de off.delég.l.ait 10.5.si creditorem. quæ in frau.credid. (h) authen.qua in prouincia.C.ybi de crim.ag.op. Maran.de citat.nu.50. (i) Spec.in §. viiso.nu.16.de citat.

### X VII.

Forma validæ perfectæq; citationis (vt DD.com.volunt) hæc sex continebit: (a) Nomen iudicis coram quo (b) nomen & cognomen citandi, (c) necnon citantis (d) causam propter quam fiat citatio, (e) locum iudicij (f) & tempus seu terminum infra quem comparere debet. (g)

(a) Maran.par.6.de citat.nu.63. (b) elegān. Gaill lib.1.obsr.48.num.5.& seq. (c) l.eum quæm 79.vbi DD. ff.de iudi. (d) Vant.de null.sen.ex def.citat.n.49. (e) Clem.2.vt lite pendente(f) arg.l si locus 59. ff.de iudi (g) l.consensaneum, 8.C. quom. & quan.iud.Spec.in §. iam.nu.1.de citat.

### X VIII.

Illud itaque in proposito tenendum. Omnes indices ordinarios citandi facultatem habere, eorumq; delegatos, non aliter nisi rescripto delegationis, quamvis subreptitio (nihilominus enim citatus comparere tenetur, & contra rescriptum excipere) citatorio inserito: (a) hi tamen per edictum citare nequeunt, nisi sint delegati Principis, idq; non modo de iure ciuali, (b) sed etiam de iure Canon.hodie in aliquot casibus expresse constitutum reperio. (c)

(a) Schurff.cent.1.cons.60.nu.5.Pau.de Cast.in authen qui semel.nu.6. ybi Sichat.nu. 10.C.

10. C. quom. & quan. iud. Bart. in l. 2. nu. 6. ff. si quis in ius voc. Myns. obser. 1. cent. 3. (b) gl. in d. authen. qui semel, in verb. delegati, vbi Castr. tex. in Clem. vnica de iud. Sichar. in l. consentaneum, 8. num. 15. C. quom. & quan. iud.

#### XIX.

*Quibus sic præmissis ardua & decisione Casarea egens test. Ang. & Ias. (a) sese offert questio: Num iudex suum subditum degentem extra suum territorium citare posset? Cu-  
ius negatiuam sub distinctione tueri non verebor. (b)*

(a) ambo in l. extra territoriū vlt. ff. de iurisd. om. iud. (b) cū Lau de Cast. in d. l. fi. nu. 4.  
vbi Bart. & Costal. Maran. de citat. nu. 40. & seq. Dida. Couar. pract. quæst. cap. 10. nu. 7.

#### XX.

*Elegans quoq; & perutilis hac est questio: An citatus ad certam aliquam causam, si comparuit, teneatur respondere aduersario, vel alteri super alia causa, ad quam non est citatus? Ego instructæ negantium parti adherendum puto.*

Bal. in l. cum fratem in fin. C. de his quibus ut indig. Innoc. in c. licet. nu. 2. de offi. de-  
leg. Mynsing. cent. 6. obser. 5. nu. 9. qui ibi dicit hoc passim in consistorijs seruari.

#### XXI.

*Insuper locus ad quem citatio destinatur, debet esse iurisdictionis ipsius citantis, (a) ho-  
nestus, (b) tutus, (c) qui liberum admittat accessum & recessum, (d) nec impediri & mor-  
bos sit infectus, (e) & quoad delegatum citantem insignis vbi copia peritorum inueniatur. (f)*  
(a) arg. l. fin. de iurisd. om. iud. l. fin. C. si à non comp. iud. vbi DD. (b) tex. not. in l. si cum  
dies. 26. §. si arbiter, vbi Bart. de recep. arbit. (c) Meno. lib. 1. de arbit. iud. quæst. 74. num. 4.  
(d) d. §. si arbiter in fin. Gaill. cap. 11. n. 7. de pac. publ. lib. 2. (e) Schneid. ins. ped. §. pœnales  
a. 81. Instit. de actio. (f) Maran. par. 6. de citat. nu. 132.

#### XXII.

*Quocirca dubitatur, an ex contractu obligatus ut vbiq; locorum conueniri posset, si ad  
locum non tutum, vel in honestum citetur, comparere teneatur? Et non teneri, neq; istam  
obligationem alicuius esse momenti cum clariss. Iurisc. Andrea Gaill confirmo.*

Gaill lib. 1. obser. 52. nu. 10. Specul. in §. 1. nu. 10. de citat. Frider. Schenck in progymnas.  
fo. tit. de in ius vocando.

#### XXIII.

*Ab his cognata vix separari potest quæstio. Num vid. aduersarius in casu quo reperie-  
tur in iudicio præsens citari nihilominus debeat? Huius negantem partem cum quamplu-  
rimis Iurisc. veriorem assero.*

Lanfran. in sua præx. cap. 1. de citat. n. 2 Maran. par. 6. de citat. nu. 5. & 12. tex. in l. de uno-  
quoque 47. in prin. de re iudic. vbi & Alex. l. etiam. §. fin. de mino. Mynsing. in §. omniū  
fin. n. 5. Instit. de pœn. rem. litig. Anton. Capyc. decis. 34. num. 8.

#### XXIV.

*Non est hic prætereundum quod quis in domo sive sua sit, sive conducta, sive etiam gra-  
tuita, verbaliter quidem, non autem realiter citari possit. (a) Cum domus tutissimū cuique  
refugium atq; receptaculum sit. (b) At in naui. (c) vinea balneo theatro, hospitio, utrum-  
que licere, iuris est apertissimi. (d)*

(a) l. scd. ctli 21. hoc tit. l. nemo 103. ff. de reg. iur. l. lcx Cornelius 5. §. domum. de iniu. (b) l.  
plerique

plerique 18. hoc tit. (c) l. prætor ait 1. §. si quis de naui. de vi & yi arma. (d) l. sed etiam 20.  
Ias. in d. l. plerique nu. 18. & ibid. Costal. ff. h. t.

### XXV.

Illud quoq; peruestigandum eſt dubium: Vtrum citatio ad diem facta, in casu quo terminus in feriatum diem inciderit, valeat? Pro cuius resolutione tutius cum Bart. (a) distinguendum existimo: vt siquidem in citatione error sit expressus vid. Compareas die dominica non valeat, (b) si noſ sit expressus. v.g. Compareas diebus abhinc decem, valeat, & fiet comparitio die ſequenti. (c) Ad euitandas tamen in hoc Legift. & Canonift. cauillationes, perutilem hanc & in Camera receptam clausulam: Compareas tali die, quod si illa non fit iuridica, compareas die ſeq. iuridica, adjicere confueuerunt. (d)

(a) Bart. in l. ex quacunque §. itē ſi nihil nu. 3. cum ſeq. ff. ſi quis in ius voc. (b) arg. d. l. ex quacunq; l. fin. C. de fer. (c) Mynſing. cent. 5. obſer. 15. (d) Gaill obſer. 53. nu. 2.

### XXVI.

Ceterum citationē die feriata ad diem non feriatam decerni, & eius executionem fieri poſſe, communis DD. eaq; in Camera recepta eſt ſententia.

Clarè. Gaill p̄eal. obſ. 53. nu. 5. 6. & 7. Rot. decis. l. n. 1. & 2. de fer. in nou. Vant. de null. ex def. citat. nu. 46. Costal. in ſæped. l. 2. ff. h. t. Mynſ. cent. 1. obſer. 77. in fin.

### XXVII.

Finis citationis eſt comparitio & preparandæ deſenſionis iſtigatio. (a) Comparitio operatur ut citatio quantumcunque inualida per eam conualidetur, nec quicquam opitulabitur parti aduersæ ſeu citatae, ſi allegauerit ſe illegitime citatam. (b)

(a) VVesenb. in parat. nu. 13. ff. & C. nu. 10. hoc tit. Maran. par. 6. de citat. nu. 13. (b) text. in l. l. §. ſed ſi prætor de fer. Gabrie. Roma. in commun. concl. lib. 2. de citat. concl. 3. nu. 7. Vant. de null. ex def. citat. num. 17. cum ſeq.

## COROLLARIA

Citationem (quia iuriſ diuini & naturalis eſt) per ſtatutū, conſuetudinē, Imperatore, vel ſummum Pontificem omitti non poſſe, ex cōmuni DD. ſentētia mihi peruaſum habeo.

Panor. in c. l. de cau. poſſeſ. & propr. Clem. pastoralis, §. cæterum, de re iud. Men. de arb. iud. quæſt. 17. nu. 5. Bal. in l. l. colum. 1. verſ. ſed hic queritur, C. quom. & quan. iud. Couar. pract. quæſt. cap. 23. nu. 6. Matth. de Afflict. decis. 283. nu. 6. & ſeq. latiff. Gabr. Roma. in. com. concl. lib. 2. de citat. concl. 1. nu. 31.

### II.

Citatio neceſſario requirit ſcripturā quando illuſtris vel clarissima perſona citāda eſt. tex. in l. quoties, C. de dignitat. lib. 12. & ibi Bart. Maran. par. 6. de citat. nu. 76. Ias. in. §. quadrupli. nu. 24. Instit. de aet. Guid. Pa. ſing. 82.

### III.

Monitio ſeu citatio Iudicis pro tribunali ſedentis, parti ut compareat tali die coram ſe, facta, vim peremptorijs, & trinæ citationis habet.

Bald. in l. ceſſante, 2. colum. 1. C. quomo. & quan. iud. Anto. Capyc. decis. 189. num. 3. Alex. in l. contumacia, verſ. ſeptimo fallit, ff. de re iud. Sichar. in l. licet, nu. 4. C. de con- trah. & commit. ſtipul.

AB:153255  
(X2203998)

K

D. Legat. St. Thomasm. Cod. 12

## Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Inches  
Centimetres

# THESES OEINIVS VOCANDO.

S DIVINA ASPIRANTE GRATIA,  
SIDE CLARISS. CONSULTISSIMO QVE VI-  
oanne Michaële Cronenburgero, LL. Licent. Di-  
ore in florentissimæ Agripp. Academiæ iuridi-  
co Collegio. 3. Ian. Anno 1591.  
veteri deconfuetudine  
defendet.

TIMANNVS P L A S S.  
B E R C K.



COLONIAE AGRIPPINAE D  
XCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

4